

atq; ducit. Dignū ē em̄ q; q̄ p̄n  
cipaliter q̄rūt spūalia habeāt se  
cū dario t̄palia et terrēa: et q; q̄  
semen frātis sui. i. xp̄i p̄dicādo ⁊  
peccatores auertēdo suscitāt. eā  
ā agrū idest t̄paliū subuentionē  
vel eā agrū. i. beneficiorū p̄ui  
sionē habeāt et acq̄rāt. p̄a ad co  
ri. ix. Si spūalia sc̄iaui⁹ vobis  
nō m̄gnū ē si car̄lia v̄rā metā? .

Explicat moralizacio lib̄ Ruth  
Incipit moralizatio p̄i libri Reḡ

**H**ic v̄ qd̄a de ra  
matba in sop̄bi  
belcana noie q̄  
habuit duas v̄  
ores ānā sc̄z et  
phenennā. q̄rū

vna erat sterili⁹ sc̄z āna phenēna  
aut̄ fecūda et ista fecūda sterili i  
pperabat. q̄ p̄t ista āna ēstis ⁊  
flebilis plē a d̄no petebat. p̄o  
gemitū suū si mascul⁹ es̄ offerre  
d̄no p̄mittebat. Sic igit̄ factū ē  
q; ista p̄t sterili⁹ pepit et p̄t h̄  
multos filios p̄turiuit. Illa vero  
emula que fecūda fuerat. steri  
lis facta fuit sicut in ca. ij. dicit̄.

Donc sterili⁹ pepit plurimos  
et q̄ multos habebat filios ifir  
mata ē. Helcana q̄ interpreta  
tur possessio est xp̄s filius dei pa  
tris. qui vir vn⁹ p̄ eo dicitur q;  
vna p̄sona vn⁹ deus i natura du  
plicia vn⁹ xp̄s cōsētur et credit̄ de  
ramatba eā qd̄ ex celsū it̄p̄ta  
ē dicit̄ eē p̄ eo q; iste de ex celso  
celoz bitaculo noscit̄ advenisse.  
Vn̄ h̄m̄ iobez. Ip̄sē dicit. Ego de

fursū sū. Deu. xxiiij. Habitaui  
lū ei⁹ fursū. Iste igit̄ i hoc mūdo  
duas habuit v̄ ores. i. duas sec  
tas fidē tenētes et cōfitebtes ⁊ p  
fidē et gr̄ā ipsi⁹ m̄rimoiū affec  
tātes. p̄a fuit sinagoga q̄ i p̄nā  
pio nō fuit sterili⁹ h̄ multorum  
sc̄oz gemitū atq; m̄. sc̄da fuit  
ecclia de gētib⁹. q̄ sc̄z āte sui cōū  
sionē sterili⁹ erat ⁊ nullū virum  
sanctū penitus generabat. Sin  
goga igitur dicta est phenenna  
que interpretatur conuersio. qz  
ista finaliter conuersa est in ar  
cum prauum. Ecclesia vero dicitur  
anna que est in tempore gra  
cie qz sc̄z ista meruit gr̄ā sal  
uatoris. Quid igitur dicā. Pro  
certo dicā q; ista prima v̄or  
que prima fecūda virtutib⁹ et  
sanctis hominibus erat. et que  
socie idest gentilitati primit̄ tā  
q̄ vili peccatrid et sterili illude  
bat. facta est modo peccatrid et  
sterili⁹. Psal. xlvij. Venerūt ti  
bi duo hec simul. sterilitas et vi  
dinitas. Gentilitas vero postq̄ p  
penitentiam flens ⁊ lugēs ad fi  
dem fuit conuersa. facta est ferti  
lis et in bonis personis et vir  
tutibus ⁊ meritis abundans co  
pioza et pinguis. Unde ipsa est  
q̄ p̄t dicere illd̄ apli xvij. Sede  
vt regina et vidua: ⁊ sterilitatē  
ignorabo. Vel dic q; due v̄o  
res xp̄i sūt due secte clericorum  
et laycorū p̄ma igit̄ vita eccl̄sti  
ca primo fuit virtutibus abun  
dans et fertili⁹. sed p̄ certo mō

facta est sterilis et inanis **C**ōtra  
vero seculariū vita modo est i  
tutibz fertilioz que antiquit? fuit  
sterilioz qz vt cōmuniter plures  
inuēniūt ceteris paribz boni se  
culaēs q̄ boni ecclāstici vel boni  
regulares **U**n̄ ḡgo dicebat i p̄so  
na ecclāsticorū **M**ēdū ē ne nob  
cadētibz surgat q̄ nob stātibz ir  
ridet **V**el dic q̄ iste due vr̄eso  
fignt duo ḡna p̄sonarū scz quos  
dam fructuosos et fertiles de sua  
tū virtute p̄sumentes et alijs ir  
ridentes qualis fuit phariseus  
ille qui seipsū cōmēdabat et pub  
licanū cōdempnabat **I**tem alioz  
steriles et peccatores . flentes tū  
et penitentes et de sterilitate sua  
dolentes et p̄ ptu bonorū opey  
deū exorantes et sp̄m tribulatū  
sacrificantes . **I**sta est ergo veri  
tas q̄ tales p̄sūptuosi faciliter i  
peccatū cadūt et ita steriles sūt .  
flexibiles vero et penitentes a vi  
cijs resurgūt et sic fructuosi et v̄  
tuosi existūt **A**lega illud gre  
go . sup̄dictū **V**el dic q̄ helcha  
na est prelati qui dicitur vir a  
virtute : vnus a simplicitate de  
ramatha a vite et sciencie subli  
mitate : cuius scz duplex ē vr̄oz  
scz actua et cōtemplatiua . **V**el  
dic q̄ āna sterilis est btā vir  
go que samuelem . i . xp̄m mira  
culo pepit que ablactatū in tem  
plo obtulit . qui etiam tandē ma  
gnus p̄pheta factus fuit in isra  
hel **V**el dic q̄ anna q̄ nō p̄? sa  
muelem dño reddidit seu etiam

in templo obtulit quousqz abla  
ctatus fuit sicut dicitur hic . ē ecclā  
que samuelem . id est quemcūqz  
subditū nō debet ad ministrādū  
in templo id est in aliqua p̄latu  
ra vel officio adducere vel p̄ficere  
quousqz ipsū ablactatū id est a  
lacte voluptatis carnalis abstra  
ctū viderit esse **U**nde cōmestoz vi  
detur innuere sup̄ gen̄ . xxi . vbi  
de ablactacione ysaac loquit vbi  
et abraham cōmūiū fecisse legitur  
q̄ puer nō p̄ri? ad mensam pa  
tris sedebat quousqz ablactatus  
erat et tūc sibi cōmūiū pabatur .  
ad denotandū q̄ nullus ad men  
sam patris xp̄i id ē ad beneficia  
ecclāstica debet admitti donec a  
lacte carnalitatis cōtigerit ipsum  
ablactari . **Q**uia sicut dicitur ad  
hebreos v . **O**mnis qui lactis ē  
p̄ticeps ex pers est sermonū iu  
sticie **V**el dic q̄ lac significat v̄  
ba adulatori? a quo p̄ certo sū  
me debet ab lactari et recedere q̄  
in templo dñi vult viuere l̄ ma  
nere . et ibi in aliquo officio l̄ be  
neficō ministrare vel in mensa ec  
clesiasticē dignitatis ascendere l̄  
sedere **Gen̄ . xxi .** Creuit puer et  
ablactatus est .

**H**eli sacerdos hēbat duos  
filios pestiferos scz  
ophni et phinees qui i  
templo in sacerdotis officio mi  
strabat . et tamen dñm nesciebāt  
et sacerdotis officium ignorabant  
qui cū mulieribz dormiebant . et  
cum fuscina carnes coctas de

facrificiū lebetibꝫ capiebant. et nichilominꝫ carnes crudas ab ipsis petebāt. et ipsos ad dādū eciā ꝓpellebāt ⁊ sic plūm a sacꝫ facio rtrahēbāt. **Que** q̄uis sciret beli p̄r eorū: ipsos tñ ꝓpter h̄ nō castigat nec ab officio amouit. **Et** q̄uis verbꝫ ipsos legatur rep̄bēdisse. ipsos tñ actualiter nō corripit q̄ ꝓpter ip̄s p̄r et filij vna die perierunt. qz scz pat senex et ceciciēs de sella cecidit. et ꝓfractis ceciciibus expirauit duo vero filij eius in prelio ceciderūt quādo archa dñi quā ꝓportabāt a philistinis capta fuit. **Iste** beli q̄ iterꝓtatꝫ extraneꝫ a dño de q̄ dictū ē. erat senex et ceciciēs et tñ sūmꝫ sacꝫ dos significat malos superiores dominos et prelatos. **Isti** ei a domino sūt extranei et senes. i. negligentes et pigri. et ꝓ ignorantia ceciciētes et obscuri. **Filij** istius signat malos inferiores eccl̄os ad ministrādū i tabnaulo eccl̄ie cōstitutos. **Isti** ei dicūtꝫ op̄bni qd̄ iterꝓtatꝫ insania cōsacꝫōis: et ꝓhines q̄ iterꝓtatꝫ oris obtūacōis: qz scz isti hodie habent cor insanū et in ꝓcupiscētis effrētū et os ad deū laudādū mutū et obturātū. **Pla. lvi.** **Unius** canes muti nō valētes latrāe. **Et** breuiter isti sūt q̄ dñz vidētꝫ nescire et officiū sacerdotis vidētꝫ ꝓmitꝫ ignorāe. **Je ij.** **Sacerdotes** nō dixerūt. vbi ē dominꝫ: et tenentes legē nescierūt me. **Et** istdꝫ ꝓz qz isti cū mu-

lieribꝫ luxuriose dormiūt. cibos alienos ꝓ auariciā rapiūt. et cū fuscimula rapine illdꝫ qd̄ ad se nō ꝓtinꝫ eleuāt. et tollūt violenter. **Job xxiiij.** **Agrū** nō suū demētūt. ⁊c. **Carnes** eciā crudas idē malas mulieres hēre volūt. nec nō eciā carneꝫ crudas. i. ꝓsonas iuuenes et carnales sc̄i hēre eligūt. **coctas** vero idest erudititas et maturas repudiant et dimittunt exemplo robꝫ qui reiectis sēmbus iuuenes est secutus. **Tercio** regū duodecimo. **Et** sic suis malis scandalis seculares a sacrificando idest a collacione bonorum temporalium ecclesiis impediunt et eciā eos a sacrificio bonorum operum suis malis exemplis repellunt. **Unde** beatus gregorius dicit in pastorali. **Nemo** amplius in ecclesia nocet q̄ q̄ ꝓruse agens ordinē sanctitatis habet. **Heli** igitur idest superior prelatꝫ istoꝫ nō castigat sed quia sunt nepotuli vel amici eius vicia eorum dissimulat. quapropter omnes simul mors eterne dampnacionis arripit. et diuinum iudicium eos dampnat quia reuera non solū ille q̄ peccat puniri meretur. imo eciā ꝓlatꝫ vel ꝓr q̄cūqꝫ alii ad quē spectat correctio si nō corripit. reꝫ c̄mimis iudicatꝫ. ꝓpter taliū em̄ culpā archa testamēti quā ꝓportabāt. i. in eccl̄asticꝫ minister a philistinibꝫ. i. a gētibꝫ seculis capitꝫ et dep̄mitꝫ. ip̄s vero

qui delinquūt. et pater eoz id ē  
superior qui nō punit casu in or  
tis eterne dāpnat. Unde augu?  
ad macedoniū epistola xliij. Si  
cut semp est misericorditer pūi  
endū. ita nec semp crudelit̄ par  
cendū.

**E**nuerat heli sacerdos  
et caligauerūt o auli ei?  
intantū q nō poterat vi  
dere lucernā dñi anteq̄ extingue  
ret. Quāuis istud posset itel  
ligi litteraliter q scz iste erat cē  
ciciens q nō poterat videre lu  
cernam dñi etiā anteq̄ extingue  
ret. supcialiter tamē videt̄ tex  
tus dicere q ipse meli? videbat  
lucernā extinctā q̄ accēsam. qd̄  
etiā possibile fuit ppter visus de  
bilitatē sicut patet in noctua. q̄  
nō potest videre lumen solare s̄  
lunare. Igit̄ dicam mystice q iste  
heli qui interpretat̄ extraneus  
a dño potest significare malos  
pnāpes mūdi et prelatos qui a  
dño sunt remoti. quia reuera o  
culi scz iudicij taliū pnāpū et p  
latoz ita hodie p carnalem affe  
ctionē a dño p graciā sūt remoti  
et nō vidēt bonos intantū q va  
let dia q eoz o auli caligant. ita  
q lucernas ardentes. i. bonas et  
honestas et scientificas psonas  
nō cōsiderāt neqz vidēt lucernas  
vō extinctas. i. ignaros et insufficia  
entes psonas scz nepotulos vel  
familiarē suos solent misericor  
diter videre et de eozū pmo cōe  
subtiliter cogitā lumen em̄ cla

rū id est bonarū psonaz claritas  
videtur talibz odiosa: lumē vero  
lunare vel obscurū id est cōdicio  
insufficienciū psonaz talibus ē  
amabilis et accepta. Unde de ta  
li visu potest dici illud exo. xiiij  
filij israhel vidēt egipcios mor  
tuos sup litus maris. **V**el dic  
q lucerna accensa significat cri  
stū viuū: lucerna vero extincta si  
gnificat xp̄m mortuū. Lucerna  
vero dicit̄ quasi lux in testa: q̄a  
scz xp̄c habuit lucē diuinitatis i  
testa humanitatis. Lucerna igit̄  
extincta significat xp̄m mor  
tuū. **H**eli significat populū iu  
dayā et sacerdotū et phariseoz  
statū. qui reuera fuerūt cecicien  
tes et parū discrete videntes. qz  
pro certo q̄ diu lucerna nra xp̄c  
fuit accensus et viuus ipsū vide  
re aut agnoscere nequuerūt. **I**  
ohannis pmo. **M**ūndus p ipsum  
factus est. et mūdus eū nō cog  
nouit. Tandem vero ipso extin  
cto id est mortuo scz visis miracu  
lis in passione factis et tandē p  
manus apostoloz ppetratis ioc  
perūt ipsum videre et in ip̄o cre  
dere. v̄tutem sue fidei agnoscere  
et sentire. sicut apparuit in illo cē  
tione qui vidēs eclipsim solis  
et alia miracula passionis dixit  
**V**ere filius dei erat iste. **M**athei  
xxvij. **I**sta etiam ad sanctos et  
martires applicari possunt quo  
rū virtutē et sanctitatē dū viue  
rent ppli cognoscere nequuerūt  
lucē xxiiij. **O**culi eoz tenebant

ne eū agnoscerent. Post mortē  
vō eorū apparētibus miraculis  
fuerūt visi et agniti: et eciā p  
fidem et deuocionem conspecti.  
**O**mn̄ archa testamēti sibi  
beli sūmo sac̄dote cecidit  
ēte et caligāte ab op̄bmi  
et pbinees ip̄ius filijs regētur.  
et vt saluaret populū in preliū  
cōtra philisteos duceret. ab ip  
sis philisteis infidelibz fuit cap  
ta et in eorum iurisdictione in a  
30tū ducta et in loco dagon ip̄o  
rū dei fuit in tēplo iuxta eū con  
stituta Sicq; factū ē sic dicit̄ in  
capitulo sequenti q; virtute ar  
che ydolū dagon cecidit et p̄nū  
de mane ante archā reptū fuit.  
et iterū reuera altero mane sup  
limē ostij templi trūcat̄ capite  
et manibz iacēs apparuit. Istō  
exponūt aliqui sic Per archam  
testamēti intelligitur lex diuina  
seu eciā fides catholica Per he  
li vero et filios israhel intelligit̄  
populus iudaycus p̄ philisteos  
vō intelligit̄ populus gentilis  
q̄bz dagon. q̄ inter p̄tatur piscis  
tristicie. i. dyabolus erat dñs at  
q; deus. Ista ergo fuit veritas q;  
cū bellū et controuersia fuit sem  
p̄ inter israhel et philisteos idē  
inter iudeos et gentiles ita q; ip  
si iudei in archa testamēti idest  
in lege et fide gloriarentur et e  
ius virtute se esse saluādos et li  
berādos op̄marēt. nutu dei fac  
tū ē q; ista archa sciz lex et fides  
ad philisteos. i. gentiles transi

uit. inquātū scz isti fidē xp̄i quā  
iudei abnegauerant susceperūt.  
et in loco dei sui posuerūt iquā:  
tū loco sue pfidie fidē catholicā  
habuerūt et xp̄i loco dagon idest  
loco dyaboli crediderūt Dagon eī  
dyabolus tunc apud gentes. i.  
apud ecclesiam sūptā de gētibz  
occubuit qn̄ archa testamēti q̄ ē  
fides catholica ad ipsos trāsta  
ta fuit Et dato qn̄q; q; fuit reue  
latus eciā cultus ydolorū inter  
polatis tyibz apud cūstianos  
et restituit̄. sic apparuit sub iuli  
ano impatore: finaliter tamen  
stāte archa et p̄seuerante fide ca  
tholica apud eos fractus est. et  
penitus destituit̄ dagon. i. dy  
abolus et capite et intētionē et  
manibus. i. ydolatrie op̄acione  
p̄uatus **Ps̄. xix.** Dominus igre  
diēt̄ egiptū: et mouebuntur si  
mulachra eius Vel dic q; archa  
est ecclesie que reuera tunc tem  
poris a philisteis capitur. idest  
a secularibus deprimitur et a ti  
ranis et p̄cipibus affligitur.  
qn̄ ab heli sene et a cecidente q̄  
lucernā extinctam videt melius  
q̄ accensam regitur idest quādo  
a prelato sene negligente cecidit  
ēte et ignorāte affectuq; eciā ma  
los melius q̄ bonos vidente et  
promouente gubernatur et qn̄  
a malis suis filijs idest a malis  
sacerdotibus et clericis. et alijs  
ecclesie subditis conducitur. et  
tractatur quia reuera credo q; nul  
la est hodie causa quā ecclesia

a tyrānis et secularibꝫ opprimitꝫ.  
misi q̄a heli et filij sui .i. plati et  
subditi eccl̄astica erga deū delinq̄  
re p̄probāt. Et si vis de istis ma  
lis filijs et de isto malo pr̄e suo  
qui nō corrigebat illos pone il  
lud qd̄ sup̄ ē positū ca. ij. Et alle  
ga de p̄ssione eccl̄ie et eccl̄astico  
rū. ps. Tradidit eos in manus  
gentiū: et dñati sūt eis qui ode  
rūt illos. Vel dic q̄ dagon id ē  
dyabolus sedens in templo ho  
norificæ iux̄ archā significat ma  
lū eccl̄asticū vel prelatū. qui sc̄z i  
templo eccl̄ie ad aliquod altum  
bñficiū erigitꝫ. et iux̄ archā. i.  
iux̄ pplm̄ et sanctos in eccl̄ia cō  
moratꝫ. Tales ergo dicitꝫ ydo  
lū dagon qui interpretatꝫ piscis i  
utilis. piscis iniquꝫ. piscis mero  
ris. Quia vere isti p̄p̄e sūt ydolū  
p̄pter fictionē ypocritam. p̄ma  
ad cor. viij. Ydolū nichil ē. Sūt  
piscis p̄pter carnalitatē remol  
tionē. Abacuc p̄mo facies ho  
mis sicut pisces maris. et quasi  
reptile nō hñs p̄ncipem. Sūt pi  
sces inutiles p̄pter oimodā ip  
fectionē. Sūt pisces meroris p̄  
pter tristitiā et detractionē. Sūt  
pisces iniqui. p̄pter iniusticiā et  
equitatis suffocationē et p̄pter  
rapinā crudelitātē et exactionē.  
Ione 2º. p̄parauit deus piscem  
grandē vt deglutiret ionā. i. pau  
perē. Isti ergo sūt qui inueniūt  
hodie ad terrā. i. ad bona terrēa  
p̄ auariā cecidisse et caput rōe  
intencōis necnō et manus bone

opacōis penitus pdidisse. Iux̄ta  
illd̄ iudicibꝫ xiiij. Ecce holofernes  
iacet in terra: et caput eius in eo  
nō est. Vel dic q̄ archa testas  
menti nūq̄ patitꝫ dagon iux̄ se:  
qz reuera xp̄c nūq̄ p̄t pati iux̄ta  
se in templo vel in statu. gradu l  
p̄latura ydolū dagon. i. malū ec  
clesiasticū vel p̄latū. Dic de dago  
sicut sup̄ immediate. Necessē em̄ ē  
q̄ per infortuniū a statu suo ca  
dat vel q̄ post p̄ apostasiā a re  
ligione recedat vel etiā q̄ p̄ mor  
tē corruat et succūbat. Quip̄mo  
nos videmus q̄ dato q̄ isti quā  
doqz a suis casibꝫ releuantꝫ et p̄  
adiutoriū amicorꝫ ad gradū p̄  
stinū restituiūt. sapie iij. ymago  
em̄ eius ē et opus est illi adiuto  
riū. optet tñ q̄ finaliter decidāt  
et q̄ p̄ infortunia vel p̄ mortē a  
loco isto sublimi destituantꝫ et a  
cōsozio arche finaliter deponā  
tur: quia breuiter nullū ydolū  
idest nullus fictꝫ potest diu iux̄  
ta archam idest xp̄m in statu re  
ligionis vel eccl̄ie p̄sistē quin  
mo necessē est ipsum cito a tali  
ficta p̄fectione vel a tali obtenta  
prelacione deficere et cadere. et  
ip̄ius nequiciam apparere. Sa  
piencie primo. Spiritus sanctus  
discipline effugiet fictū. Et sene  
ca dicit sic. Nichil quod silatū  
est et fictū p̄t esse diuturnū. Vñ  
ysa. xix. Quis ingredietꝫ egiptū  
et corruent simulachra eius. Vñ  
de etiā dicit seneca i libro de mo  
ribꝫ q̄ bone honestatis nūq̄m

est longa simulatio. Vel dic q  
 dagō iuxta archā ē in tēplo qñ  
 in corde nrō ē auaricia iuxta sci  
 etiā: inanis gloria iuxta bonā  
 opacōez: seculais negociacō iux  
 ta eligionē: diabolus iuxta aiā:  
 peccm iux dscia: Ita ei isiml staē  
 nō pñt. quinimo si archa stat.  
 .i. si bonum in corde pseuerat. ne  
 cesse ē dagō. .i. viciū cadere et cef  
 sare fratui sūt igit quidā religio:  
 si et clerici q seruire deo et mun  
 do volūt et sacra scripturā ad lu  
 crū tēporale ouertūt. et bō opa  
 ad mundi glāz faciūt et sic diū:  
 simode dagō iuxta archā. dya  
 bolū iuxta xp̄m: malū iuxta bo  
 nū: ydolatriā heresim vel sortiz  
 legiū iuxta fidē. delicias iux pei  
 tētie crucē scias ciles iux theolo  
 gicā. viciū iuxta virtutē ponūt  
 et tamen cōstat q ista simul ha  
 bitare nō pñt. et dñs d̄q̄ritur  
 Is. lvij. diēs. Iuxta me discoo  
 peruisti te et suscepisti aduhtē.  
 pepegisti cū eis fed? . Et ysa. xx  
 viij. dicitur Coangustatum est  
 stratum. ita vt alter decidat: et  
 pallium breuevtrumq; operire  
 nō potest.

**D**ost dagō de iux archā  
 depositū: et capite et ma  
 nib; detrūcatū vt s̄ vi  
 sū ē philibstei archādñi detiebāt  
 et tñ ipsam hēre. cū eēnt ydola  
 tre nullaten? digni erāt Percus  
 sit eos dñs i posteriora ita q o  
 portuit vt pellicias facerēt sibi  
 sedes Cruperēt etiā mures iē eos

i maria q̄titate. ita. vt ebullirēt  
 ville et agri i medio r̄giois. et q  
 aiq; archa ducebat. plus gra  
 uissima plaga p̄cutiebat. Ad  
 p̄t allegari q gētilēs. .i. indigni  
 peccatores non debent sancta  
 dei sacramenta vel etiam ecclesia  
 stica beneficia detinere. Seu eti  
 am contra seculares. q non de  
 bent decimas vel ecclesiarū pos  
 sessiones et iura tāgere nec ipsa  
 apud se possidere. sed potius ip  
 sa filijs israhel. idest ecclesiasti  
 cis remittere et etiam bonis p̄  
 somis et sufficientibus assignae  
 Tales igitur detentores arche  
 et decimarum et ecclesie iurium  
 et etiam beneficiorum ecclesie.  
 duplia malo periciuntur sati  
 et malo culpe et malo pene. Ma  
 lo dico culpe quia circa posteri  
 ora putrescūt. quod facit pecca  
 tum luxurie. quo inficiuntur et  
 per quod gratia et fama priuā  
 tur. P salmista Percussit inimic  
 os suos in posteriora: et ob p̄  
 briū sempiternum dedit illis.  
 Malo etiam pene qz mures. .i.  
 raptores. tyranni et principes  
 seculares. mali etiam prelati vel  
 officiales cōtra istos debachāt.  
 et apud eos q̄ diu ecclesie iura vel  
 beneficia iuste retinent. ebullire  
 noscūt. a qb; quasi omnes tali  
 ū substantie deuorantur. Beam  
 do macha. p̄o. Antioch? ei ebu  
 lire fecit de p̄side eos q̄ puguerūt  
 cōtra nos Sic ad hām videmus  
 de rusticis. qui iniuste decimas

et iura ecclie definēt. quos tandē  
officiales a pncipales depaue  
rāt atq; grauant **J**udith xiiij. E  
gressi mures de cauinis suis au  
si sūt ad p̄liū nos vocare. Bene  
ergo sequit̄ q; qz paussi sūt i po  
steriora. et qz luxuriosi facti sūt  
et immūdi. ideo sedes pelliceas  
sibi faciunt: qz scz viri carnales  
molliter et suauiter sedē et viuē  
semp querūt **E**zechielis xxij. Se  
disti in lecto pulcherrimo: et mē  
sa ornata ē ante te. **U**el dic q;  
talīs archa vocat̄ terra sancta q;  
suos possessores et detentores i  
dignos scz tam iudeos q; xp̄ia  
nos qm̄ peccabāt flagellabat et  
se ab eoz manib; subtrahēbat.  
nūi xij. **T**erra quā vidimus de  
uorat habitatores suos. **C**ū  
q; q; ciuitates philistinoy a deo  
ppter arche detentōne plaga ig  
nomiosa circa posteriora fuis  
sent sic pausse. et p mures eciam  
q; plurimū mfestate. illud reme  
diū inuenerunt. q; scz archā dñi  
nō vacuā remitterēt sed q; q; q;  
anos aureos sibi darēt. qd̄ cū fe  
cissent plage huiusmodi cessaue  
rūt. Sic vero qm̄ peccatores qn  
q; ciuitatū. i. qnq; cupiscencijs  
subditi volūt placare archā fede  
tis. i. deū: necesse ē q; qnq; anos  
et qnq; mures. i. cozpm̄ iensus  
in aurū ouertāt. et de cozpalib;  
sp̄uales faciāt. et q; p penitēciā  
ipsa deo offerāt. **Q**uinq; em̄ sen  
sus am̄ diaūt et mures p eo q;  
vicioz feces in ipsis reperūt. et

qz mens et cōsciencia ab istoz cō  
cupiscencijs sicut a murib; coz  
rodūt. ideo ista aurea et sancta  
dño offeram? et sic plagā vicio  
rū et tormentoy salubriter eua  
demus. **H**ic habes q; philisti  
paussi et tribulati dicebant. **N**ō  
māeat archa dei apud nos: qm̄  
dura est man? eius apud nos et  
sup nos. **I**sta videt̄ vox quoz  
dā peccatoz qui scz archā dei is  
rahel. i. bonū p̄latū vel quēlibet  
virū sc̄m. p̄dicatōrē vel cozrecto  
rē seuerū nolūt apud se manere  
qm̄ se videt̄ p ipsū corrigi et iux  
ta demerita sustinere p̄rou. xv.  
**N**ō amat pentilēs eū qui se coz  
ripit. **I**stud dic cōtra quosdam  
nautas et eoz similes. de quib;  
audui q; insurgente tēpestate  
duos religiosos quos habuerūt  
in nauī voluerūt in mare proij  
cere dicentes. q; demones solēt  
magis bonos q; malos impug  
nare. et q; propter illoz reli  
giosoꝝ odium credebāt nau  
fragium imminere

**H**ic habemus q; philisti  
mi tollentes duas vac  
cas que lactabant vitu  
los. iunxerūt eas ad plaustrū  
nouum supra qd̄ archa domini  
posita erat. **V**itulosq; earūdem  
domi recluserunt et archā apud  
bethsames ducere decreuerunt.  
**I**bant ergo in directum vacce p  
viā que ducit bethsames. et iti  
nere vno pgebant nec ad dexte  
ram nec ad sinistram declinabāt



nec propter vitulos. qui domi remanserunt a cepto itinere deuiabant sed solum propter eos mugiebant et plaustrum cum archa domini ratione itinere deferiebant. Per bethsames qui interpretatur dies solis intelligo paradisi ubi sol iusticie christe regit. **Psalmus xix.** Cuius soli uerbum. Per istas vacas religiosos et catholicos accipio qui sicut iugo domini sunt suppositi et ad plaustrum religionis et ecclesie corrigis uotorum et statutorum ligati per vitulos istorum parentes assumo. qui sicut in domo. id est in seculo remanserunt. et ab ipsis dum erant lactari et fetari consueuerunt. **Igitur** fit ueritas quod postquam uacae. id est religiosi et clerici ad plaustrum religionis sunt ligati et ad dei seruicium ordinati et ad deferendum archam dei. id est fidem et regulam. nec non ad eundem in bethsames. id est in domum solis iusticie debent ad istam caritatem incedere nec ad dexteram per amorem delectabilium nec ad sinistram per timorem terribilium debent de uia huiusmodi diuertere. sed iter suum per bona opera continuare ut in bethsames. id est in domum solis sicut paradysum possint se feliciter applicare. **Psalmista.** **P**es meus stetit in directo. in ecclesijs tuis benedicam te domine. **E**t dato quod isti in domibus patrum. vitulos quos lactabant. id est parentes vel consanguineos quos nutriebant dimiserunt. nichilominus nunquam propter eos debent a cepto itinere

re statum retrocedere. quinimo sufficit eis compassiois mugitum emittere et de ipsis aliam non curare. **I**stud potissime debet esse uerum de prelatibus qui reuera vitulos id est nepotulos. qui emaserunt in domo paterna non duntaxat per carnalem affectum aliquid in mente gerere nec propter eius amorem a caritatis semita declinare. **Psalmista.** **O**bliuiscere populum tuum: et domum patris tui. **U**el dic quod pharisaei sunt mali superiores. qui reuera ad trahendum plaustra archae domini id est ad regendum ecclesiam dei seu obtinendum ecclesiastica beneficia non alligant nec promouent hodie nisi vacas. id est nisi personas carnales et luxuriosas que sicut vitulos id est filios et concubinarios domi habent propter quorum affectum mugire loqui et curam gerere nunquam cessant. **Psalmista.** **I**mponent super altare tuum vitulos. **D**ituli enim super altare domini ponuntur quando a malis ecclesiasticis spurij in ecclesia generantur et quando ignorantibus persone ad statum ecclesiasticum promouentur. et ideo contra tales vacas trahentes archam domini uidetur loqui scriptura. **Amos quarto.** **A**udite uerbum domini uacae pigres qui estis in monte samarie qui calumpniam facitis egenis et dicitis dominis uestris afferte et bibite. **S**econdo propter quod eleuabunt uos in citharis. et filias uestras in ollis feruentibus per aperturam

eribitis: altera cōtra alterā **Ex**  
pone si vis quō isti in olla infer  
ni finaliter ponent et quō nūc  
alter cōtra alterū debachat.

**H**ic dicit q̄ cū philistei deduce  
rēt et restituerēt archā dñi quā  
ceperāt. viri betib samite qui erāt  
de filijs israhel metebant triticū  
in valle et eleuantes oculos vi  
derūt archā dñi: et gauisi sūt cū  
vidissent et sacrificia etiā ei obtu  
lerūt. Verūtñ qz p̄hibitū erat qz  
populus nullatenus archā dñi  
videret paissi sunt a dño plaga  
magna: et mortui sūt de populo  
lxv. viri. de plebe vero. l. milia.  
**H**oc videt̄ ibi mirabile qz philis  
tei cū essent ydolatre nec arche  
nec rei dei cultores. videndo ar  
chā nō fuerūt mortui: filij v̄o is  
rahel visione eius petierūt **C**ui?  
cā potuit esse qz videre archā gē  
tilibz nō erat p̄hibitū. sed filijs  
israhel nisi essent sacerdo tes fuit  
specialiter denegatū. vt ptz nūi  
quarto **I**llud igit̄ p̄t applica  
ri qz ille q̄ facit cōtra p̄hibitiōnē  
peccat multo plus q̄ alius da  
to qz sit eadē species delicti. **P**ost  
test etiam allegari qz gentiles mi  
nus peccant in eodē ḡne peccati  
q̄ filij israhel. iudei q̄ xp̄iani. la  
yci q̄ clerici et religiosi. minusqz  
debet hōi displicere delictū extra  
nei q̄ pp̄inqui. p̄s **Q**uid si im  
mīus meus maledixisset mibi?  
sustinuissem utiqz **T**u v̄o homo  
vnamimis dux meus et notus  
meus. q̄ fil̄ meā dulcē capiebas

alios et **E**tia sicut de facto legit̄  
qz a sarraceno percij macharius  
quis in inferno graui? punieba  
tur. qui respondit qz mali xp̄ia  
ni: qz scz illi verā legem habebāt  
et ergo cōtra volūtate dñi facien  
tes graui? delinquebāt ac p̄ hoc  
grauiores penas sustinebāt. vn  
de luce xij **S**eruus sciens volun  
tate dñi et nō faciens. plagis va  
pulabit multis **V**el dic qz ista  
archa significat terā sanctā que  
reuera magis videt̄ scā diligere  
malos gentiles q̄ malos xp̄ia  
nos. quod ptz. qz illos nō occi  
dit sed nutrit. istos vero statū vt  
mali fiūt affligit flagellationibz  
et expellit. **G**rauius enim offen  
ditur deus quando proprii filij  
cōtra prohibitionem et legem in  
terra et domo sua peccant q̄ qn  
do alieni populi ipsū vituperāt  
atqz turbant **U**nde iheremie xi.  
**Q**uid est qz dilectus meus i do  
mo mea scelera multa facit?  
**V**el dic qz populus nō debet vi  
dere archam nudā. sicut nūi iij.  
vbi expomē

**N**ul missus a patre que  
rere azimas pditas venit  
ad samuelē qui eū vnxi  
it in regem sup israhel **S**aul est  
xp̄c que deus pater misit in mū  
dū querere azimas. i. saluare ami  
mas peccatorz. que samuel pro  
pheta in regem vnxit inq̄ntū p̄  
phetarū cētus ipsū regem futu  
rū p̄dixit **I**heremie xxiiij. **R**eg  
nabit rex et sapiens erit. **D**ic

q̄ samuel est predicator que p̄  
suus x̄ps̄ misit azinas querere .  
.i. aīas peccatrices cōuertere et  
saluare. qz p̄ certo q̄n diligēter  
ereq̄t̄ .i. iūgi p̄? p̄ gr̄ā i aīo et ad  
ēgimē p̄lacōis in mūdo et ad re  
gimē padisi in futuro pmoueri  
mētur **I**uxta p̄phecā samue  
lis aīq̄ saul i regē iunct? ad ēg  
nū p̄tīgēt plura legūt̄ ei dīgisse  
**P**rimo q̄ iueit̄ duos hoīes m̄g  
nas foueas salietes . 2<sup>o</sup> q̄ ad q̄r  
cū thaboz iueit̄ tres viros q̄rū  
vnus portabat tres hedos **A**li  
us tres panes . alius vmi lage  
nā q̄ ecīā duos panes eidē cōtu  
lerunt . tercio quia post hoc ob  
uium habuit̄ aīeum p̄pbeta  
rū . et statim dedit ei domin? cor  
aliud . et mutatus est in virū al  
terū et insiliente in eo spū dñi  
cum eis p̄pbetauit̄ **H**is igitur  
factis cōgregatus est populus  
in masphat . et quia i israhel q̄s  
melior isto non erat quia ecīam  
ab humero sursum . toti populo p̄  
eminebat . ideo forte super eum  
cadente sup populū rex factus  
est . et ex p̄cepto domini est ele  
ctus . **D**ic moralit̄ q̄ saul q̄  
interp̄tat̄ abutēs . i . q̄libz p̄cōz  
et dei mīe abuzoz . rex . i . suūp̄i?  
discretus rōz si efficiat̄ vel q̄ ad  
cēleste regimē pmoueat̄ vel ad  
h̄ q̄ ad tp̄alis cure vel p̄latūe ē  
gimē eligat̄ . plura necētio r̄qui  
rūt̄ **D**z ei aīe oīa de oleo dīne ḡ  
tie interi? vnctionē r̄ape . **D**z 2<sup>o</sup>  
duos viros salietes foueas . i .

duplicē caritatē dei sc̄z et primi  
q̄ sola foueā inferni trāfilit et e  
uadit . obuiā dz inuenie post h̄  
iuxta queraū thaboz idest iuxta  
memoriam crucis tres viros .  
idest tres penitentie p̄tes sc̄z cō  
tritionem cōfessionem et satisfi  
ctionem similiter r̄pire **C**ontri  
cio enim portat vinum quia in  
ebriat per cōpunctionem **S**ay  
xvi Super hoc plorabo in fletu  
iazer vineam sabama : inebria  
bo te lacrima mea . **C**onfessio  
portat tres hedos per quos se  
toris peccati triplex confessio de  
notat sc̄z q̄n d̄fitet̄ hō pecm̄ cor  
dis pecm̄ oris peccatum opeis  
**U**nde de istis tribus partibus cō  
fessionis potest dici illud sc̄do  
paralip̄ . decimo capitulo **P**ost  
tres dies reuertimini **S**atisfac  
cio vero portat tres panes idest  
tria opera satisfactoria sc̄licet e  
lemosinam orationem et ieiuni  
um ecīam corpezis afflictionē .  
de quo dicitur luce vndecimo . **A**  
micā . accommoda michi tres  
panes **I**sti igit̄ viri sc̄z cōtricio .  
d̄fessio et satisfactio . quos peni  
tens inuenit̄ duos panes solēt  
sibi cōcedē in quātum sc̄z deuoti  
onem et cōpunctionem sibi so  
lent cōferre **P**̄s̄ fuerūt michi la  
crime mee panes 2<sup>o</sup> **E**t sic sequi  
tur residuum sc̄licet q̄ iste no  
uum cor a deo r̄apiens mutabi  
tur in virum alterum . et p̄pbe  
taz . i . bonarū p̄sonarū cōsocio  
se diūgens spū domini dotabit̄

et pphetare incipiet inquātū de  
oculis a futuris p̄dicabit a me  
ditabit. et sic p̄ certo iā ceteris  
maior effectus. et alij etia in v̄  
tutibz p̄minēs ad regnū tēpale  
mortale et eternale eligi p̄mere  
bit. et ad ipsū debite regendū a  
ad t̄palem dignitatē iuste gub'  
nandā et ad celestis regni glāz  
obtinendā digne et meritorie as  
sumet. a de ipso dicit illud ex o  
di p̄mo. Surrexit rex nouus sup  
egiptū. Vel dic q̄ sūme p̄ficat  
bona societas: qz reuera saul ab  
utens. i. peccatorz faciliter in vi  
rū alterū mutat et de malo i bo  
nū ouertit spūq; diuino celitus  
inspiratus et ppheta. i. vir spū  
alis et contemplatiu? et futurozū  
meditatiu? efficiat qm̄ pphetarū  
.i. bonaz a sanctaz p̄sonaz soci  
etate sectat. p̄s Cū sancto scūs  
eris Mutatus ē in virū alterū  
Ad gal. ij. Diuo iā nō ego. Ita  
q; faali? p̄t homo ad regnū seu  
ad regni apicem eligi. Alj vi  
dentes saul subito mutatū in p  
phetā invidendo et deridendo di  
cebāt. Nū et saul inter p̄phas?  
Sic vero statim qm̄ aliquis diui  
na gracia ibuit vel ad aliquē bo  
nū statū deo mediante erigit nū  
q̄ desinūt mūdi detractoēs. ymo  
iustū deridere conāt. Vel si vis  
vide formā electionis. qz elect?  
debet esse saul qui interpretat? ex  
peditus: qz nō solū se nō debet i  
gerere sed expectare qd ab alijs  
expectat. Ad hebre. v. Nemo

assumit sibi honore nisi qui vo  
cat? a deo q̄. Iste debet esse alijs  
in virtutibz maior: et in toto po  
pulo nullus debet esse melior. Et  
sicut saul se abscondit ita q; a sa  
muele fuit requisitus. ita iste de  
bet honore fugē et inuitus trahi  
et assumi. Unde grego. Sicut in  
digni se ingerentes sūt repellen  
di. ita et digni qui fugiūt inuiti  
ad regimē sūt trabendi. Dic q;  
saul prius intelligit? prophe tas  
se q̄ ad regimē electus fuisset ad  
denotandū q; ad regimē p̄latuē  
nō debet eligi n̄ q; prop̄ha idest  
vir scientificus et in futuris me  
ditandis prudens a circūspect?  
poterit inueniri. et tamen hodie  
potest dici illud p̄s. Signa n̄  
nō vidim? iam nō est prophe  
ta q̄.

**N** Mas p̄ncip? amonitaz  
venit ad obfidedū iabes  
galaad: populus at a  
uitatis voluit ipsi seruire. dū tū  
cū ipsis vellet fedus imire. Sed  
iste cū illis nullū fed? facere nec  
eoz seruiciū recipere voluit nisi o  
culos dexteros eis erueret et sic  
eos viuē pmitteret ac in seruos  
reciperet et hrēt. Isti igit? cōdiōz  
huiusmodi formidātes auxiliū  
a saul qui nouit in regē elect? fu  
erat petierūt. q; tūc actualiter de  
agro sequēs boues veniebat q; q;  
dōs boues occidit et in frustra  
diuisit et p totū israhel s̄b itima  
gione q; sic fieret bobz singulo  
rū nisi venirent ad prelium per

nūcios frustra misit. **C**ōgregati  
igit̄. trecēta et triginta milia vi  
roy ad saul et ad samuelem ve  
nerūt qui in tres partes pplūm  
diuidētes naas et amonitas de  
bellauerūt. et populū iabes ga  
laad liberauerūt. **U**nde istorū fu  
it illud verbū. **C**ras erit vobis sa  
lus: cū incaluerit sol. **C**iuitas  
iabes q̄ interpretatur dolens seu  
siccatas figt̄ mūdū. **N**aas qui in  
terpretat̄ serpens figt̄ dyabolū  
Saul vero q̄ interpretat̄ expedit̄  
figt̄ xp̄s. boues eius fignt̄ mar  
tires. et filij israhel fignt̄ oēs fi  
deles: oculus dexter aīaz: sinister  
carnē denotat. **A**mon qui inter  
pretatur populus meroris pecca  
tores et dāpnatos figt̄. **C**ū igit̄  
ē naas serpens antiquus dyabo  
lus princeps amonitarū. i. po  
puli meroris oīm peccatorū q̄  
sc̄z ē rex sup oēs filios superbie  
iob xli. a principio obsederit ia  
bes ciuitatem huius mundi q̄ ē  
uera dolēs. sicca vel sterilis pōt  
dici nō sufficiebat sibi q̄ ei in di  
uersis peccatis seruiret quinym  
mo habitatorū oīm istius ciui  
tatis sc̄z oīm mortaliū oculos de  
xtros. idest aīas volebat eruere  
et ad dampnationē eternā secū  
in inferno portare. **N**ūi xvi. **N**ū  
quid oculos nr̄os vis eruē. **I**l  
lud enim erat hoerēdū pactum  
q̄ i ista ciuitate pepigerat q̄ sc̄z  
oēs aīes ipsius oculos dextros  
.i. aīas pdē optebat dicēs dya  
bolo illud gene. xiiij. **D**a m̄ aīas

cetera tolle tibi. **S**z fuerit saul ex  
petitus et expectatus a deo idē  
dei fili? bñdictus boues suos. i.  
aplōs et m̄tires martirio et oc  
cisiōni supposuit. ip̄s q̄ et eorū  
p̄dicatioē mediātibz pplūz fidei  
ū ad fidē et ad p̄tētā cōuocāt  
cū essent trecēta et triginta milia  
.i. cū ad fidē trinitatis eēt cōfisi  
ip̄sos in tres ptes. i. i tres eccle  
sie status sc̄z in p̄latoz. dīnētes  
et cōiugatos cōstituit et diuisit.  
**S**icq̄ factū est q̄ cū isto tripli  
ordine militū et fidelū suoz na  
as. i. dyabolū supauit. et iugū y  
dolatrie sue de iabes. i. de mūdō  
abstulit et populū qui in pericu  
lo seruitutis et dāpnatiois et p  
dicōis oculorū dexteroz. i. aīaz  
erat. de istius mambz liberauit  
**P**riō macha. v. **V**enit iudas cū  
tribz ordinibz post eos. **S**ic igit̄  
fuit eius salus cū sol incaluit.  
.i. cū caritas imensa solem iusti  
cie xp̄m p̄ redēptione humani  
generis inflāmauit. inq̄tū p̄so  
naliter p̄ liberatione descendit.  
**M**alach q̄rto. **P**rietur vob sol  
iusticie. **V**el dic q̄ ciuitas ia  
bes significat ecclesiam militāte  
quia pro certo ista est hodie sic  
ca quantum ad bonorum spiri  
tualium fertilitatem: dolens ve  
ro et tristis propter tribulatio  
num temporalium immēsitatē.  
**T**re. p̄o. **Q**uo sedz sola cītas ple  
na pplō: sedz i tristitia dñā gen  
um. **I**sta enim ciuitas tyrannis  
et vicijz seruit et iō merito dolz

et gemit Unde sequitur Ipsa autem  
gemens uersa est retro sui Ser  
pens igitur antiquus naas princeps  
populi merorum .i. peccatorum dy  
abolus ista ciuitate hodie obfi  
det et cum populo suo .i. cum uiris  
ecclesiasticis pactum uult facere dum  
tamen eis oculos dextros .i. uerum  
iudicium eruat. et quod oculos fini  
stros .i. carnalem affectum uel iudi  
cium ipsis solum dimittat. Job iiii.  
Nunquid oculi carni tibi sunt a  
sicut uidet homo tu uidebis. Et  
iam reuera iam multi sunt in ciuita  
te ecclesie qui istud pactum cum dy  
bulo iam uident fecisse: quia scilicet uerum  
iudicium rationis et discretio  
uident perdidisse et sinistrum oculum  
.i. carnis affectionem et malicie  
subtilitatem et iniusticie iniquita  
tem uident solummodo retinuisse. quod  
partim quia non uident nec considerant  
spiritualia bona sufficientes pro  
iusticia peccati et cetera huiusmodi  
que omnia sunt dextera. ymo solum ui  
dent considerare et uide bona tem  
poralia. carnis pariter. dona et  
munera iniquorum pro iusticia sub  
uer tenda. que omnia pessima et fi  
nistra sunt. Unde de illo pacto cum  
dyabolo carne et mundo imito  
puit dicere tam mali iudices quam mali  
ecclesiastici illud ysa. xxviii. Pe  
pessimus fedus cum morte: et cum in  
ferno fecimus pactum. Unde zach. xi.  
Brachium eius dextrum ariditate sic  
cabitur. et oculus eius dexter tene  
breces obscurabitur. Et dic generaliter  
de omnibus Duo enim oculi dati

sunt homini scilicet duplex consideratio et di  
scretio scilicet ad temporalia et ad eterna  
Spiritualis igitur et dextrum perdidimus.  
temporalis et sinistrum plus quam  
debet retinemus.

**C**um populus regem supra se  
petisset et dominus eis saul  
in regem dedisset uoluit il  
lis ostendere quod sibi non placebat  
quod regem postulassent. et quod ipsis  
regem in ira et non in beniuolentia  
contulisset. Fecit igitur dominus fieti to  
nitrui. uoces. pluuias et tempe  
states. et timuit populus rebemen  
ter. Illud potest allegari quod re  
gime mundi et iurisdictione quam alij  
supra alios reges et principes sunt  
adepti a principio deo non placuit  
ymmo propter peccata hominum  
hoc euenire permisit. et potius  
tale superioritatis regimen ma  
gis ex tyrannide quam ex iusticia uenit.  
et magis ex dei ira quam misericordie  
reuerentia processit. Osee xiiij. Da  
bo tibi regem in furore meo.

Cum populus philistinorum  
congregatus esset contra filios  
israhel in prelium. non sunt inuen  
ti in uniuerso populo domini qui  
in die belli haberent gladium pre  
ter saul et ionathas. Unde etiam  
aliqui timentes fugerunt. Alij  
ad hostes transfugerunt et alij  
in speluncis se absconderunt. ita  
quod cum saul paucissimi remanse  
runt. Philistini autem qui do  
minabatur filiis israhel cauerant  
ne arma sibi facerent. et ideo nul  
lum fabrum in terra dimiserant

quinimmo oportebat q̄ filij is-  
rahel p̄ ferramētis exacuēdis et  
p̄ stimulo .v. omē vel securi .sar-  
culo vel ligone q̄n ebetabant ad  
p̄bilisteos cōdescēderēt . q̄ p̄pter  
in die belli gladios et lāceas nō  
habebāt . **P**er p̄bilisteos qui  
infideles erant . demones seu he-  
retici intelligū . p̄ filios vero is-  
rahel catholici . cōtinuū enim p̄-  
lium seu controuersia est inter  
istos . quia reuera filij israhel . i .  
cristiani ita hodie p̄ istos hostes  
sp̄uales diuersis tēptacionibus  
impugnātur q̄ quidam eis con-  
sencētes ad eos trāsfugiunt . **A**  
lij p̄ auariciā in caueris terre .  
.i . in bonis t̄yalibz se abscondūt  
ita q̄ in die belli et tēptacōis  
cū cristo rege pauci remaneant  
aut subsistunt . **p̄ s̄ .** filij effrem  
intēdētes arcū d̄uersi sūt in die  
belli . Si etiā cōtra hereticos dis-  
putādo bellare oporteat . pauci  
inueniūtur cū gladio verbi dei .  
ymmo p̄chdolor quasi omnes  
muti et inermes existunt . **E**t si q̄  
ratur quare hoc . **p̄ p̄** certo i to-  
to exercitu fidelium paucissimi  
sunt q̄ gladijs aut lāceis idest v̄-  
tutibz et opibz boīs seu sanctoz  
patrū doctrinis et scientijs sunt  
muniti . iō ad stādū in p̄lio t̄bu-  
lacōis tēptacōis vel disputacōis  
cōtra demones vel hereticos nō  
sūt apti . **I**sti ei p̄bilistei . i . dē-  
ones vel heretici . siime cauēt ne  
fabri q̄ arma fabricāt . i . boī do-  
ctores vel predicatores qui doc-

trinis suis alios armāt et arma  
v̄tutū et fidei documentorū p̄pi-  
nant . iueiant in israhel . i . in ec-  
clia . h̄ eos quātū possunt impe-  
diūt et retardāt . et q̄ oēs ad fa-  
bros suos p̄pos . i . ad hereticos  
doctores . d̄inos aut atiolos vel  
etiā ad legistas . i . mūdi sapien-  
tes recurrēt . et eorū d̄silijs se t̄gē  
velit quātū possunt p̄cauat . et q̄  
q̄n ferramēta sua . i . intellectū eorū  
ē p̄ ignoratiā duplex vel ebetat  
ab ip̄s cōsiliū petēt . et fabros  
israhel . i . theologos d̄ittē . sciam  
q̄ euāgelicā cōtēpnere et sciam  
poeticā cōmēdare sūme captāt .  
vt sic in bello tēptacōis p̄pter  
defectū armorū sp̄ualium defici-  
ant et succūbāt . **E**t breuiter p̄p-  
ter defectum fabricorū . i . bonoz  
predicatorum doctoz vel prela-  
torum multi sunt hodie xp̄iani  
qui ad fabros p̄bilistimorū . i .  
ad hereticos recurrunt . p̄pter  
quod scismatici et mali sunt . si-  
cut ad h̄am patet de grecis sela-  
uis surianis et iacobimis et nu-  
biamis et ceteris scismaticis xp̄i-  
anis quibz p̄ certo defectus fa-  
brorum et bonorum doctorum  
fuit causa rearsus ad doctrinā  
hereticorum et fabros demonū  
p̄bilistimorū et per consequens  
ē eis causa dampnacionis et pi-  
culorū et iō p̄pter defectū vero-  
rū fabricorū dicit **Jeremie xxxij .**  
**T**rāstulit nabugodonozor fa-  
bry et iclusorē de ibrlz et addux-  
it eos i babiloniā . **E**t ad h̄ facit

quod legitur in hystoria triptita  
q̄ sc̄z pagani cū iuliano aposta  
ta impetrauerunt q̄ xp̄iani non  
audirēt artes liberales seu pbiaz  
vt sic dū arma sciencie nō hrēt  
nō possent cōtra eos disputādo  
se defendere. Arriani etiā ipōs ca  
tholicos mitti in exiliū procura  
bant vt sic dū fabri deficerēt po  
pulū armis carentē liberius de  
bellarent. Ad hoc em̄ facit exem  
plū de ciuitate atbenay quā q̄  
dam rex obsederat et pactū cū ci  
uibus volebat facere dū tñ septē  
pbos qui erāt in ciuitate in obse  
des sibi darēt. Cui pabolice qui  
dam pbos respōdit. q̄ lupi gre  
gem ouium obsidentes cū pastori  
bus pactū et pacē facere pmit  
tebant. sed ante oīa canes gre  
gis sibi dari petebant. Pastores  
vero vidētes q̄ si canes deficerēt  
lupi libere oues comedē possent  
pactū huiusmodi respuerūt. Ci  
ues etiā ciuitatis eadē de causa  
dare hosti pbos ne plūs subla  
tis rectoribus facilliter deperiret  
dare noluerūt. Sic vere dyabo  
lus et heretici gregem et ciuita  
tem ecclē ipugnātes canes phi  
losophos id est doctores pdica  
tores et viros sciētificos. bonos  
iudices et platos et iudices āte  
omnia nitūt tollere vt sic temp  
tationibus et erroribus possint fide  
les leuius debellare dū nō fit q̄  
possit ipsos instruere vel iuuare.  
Vnde dan. 2. Rex nabugodono  
sor in furorē et iram magnā ve

sus. p̄cepit vt p̄irent om̄es sap  
entes babiloms. Vel dic q̄ in  
ciuitate anime faber est discreo  
quā pbilistei. i. demones ante o  
mia tollūt et sic ppli illius ciuita  
tis id est motus et affectus sibi pe  
nitus seruiūt et obediūt. p̄. xi  
Vbi nō est gubernator populus  
corruet: salus aut vbi multa cō  
silia. Hic ponit q̄ cōtra filios is  
rael venerūt tres auei pbilisti  
noy sc̄z vnus qui ibat cōtra viā  
effraym. alius qui ibat betherō  
alius qui ibat ad iter termi. Sic  
v̄ dico q̄ pbilistini. i. peccata q̄  
cōtra filios isrl. i. fideles pugnāt  
ad tres aueos. i. ad tā peccata  
capitalia et vicia gn̄aliter redu  
cūt. Vnū em̄ eoy est auaricia et  
illa tendit ad effraym qui inter  
p̄tat frugifer. i. ad mūdi fructus.  
Et secundus aueus est supbia  
et illa tendit ad betheron quod  
interpretatur domus vanitatis  
significans mundi diuicias ho  
nores atq; glorias. Tercius au  
neus est luxuria. et ista tendit  
ad iter termini. id est ad carnes  
delectaciones et delicias. caro e  
nim iter termini dicitur pro eo  
q̄ ista ad modum terre que est  
in terris et confinijis aliozū diffi  
cilius custoditur. Ideo de istis au  
neis possumus dicere illud da  
nielis septimo q̄ bestia illa id est  
dyabolus habebat tres ordies  
dentium in ore suo.

**S**equitur aliud capitulū



**H**ic ponitur q̄ ionathas  
et armiger suus viden-  
tes stationē philistino  
rū. sorte sui periculi vel salutis ī  
dictis hostiū posuerūt p̄ponē-  
tes sc̄z q̄ si hostes dicerēt **A**scē-  
dite. q̄ ascendere debāt. et vince-  
re. **S**i vero hostes dicerēt exspe-  
ctate. tūc nec vincere nec ascen-  
dē p̄ponebāt. et illud quasi sig-  
num in sorte a deo sibi dari cre-  
debāt **S**icut igit̄ dixit factū est  
q̄ philistini dixerūt ascendite.  
q̄ ascēderūt et manibz a pedibz  
ēptādo p̄? ionathas postea ar-  
miger cōtra eos prexerūt et ho-  
stes fortiter inuasērūt a ī fugā  
cōuersos a se mutuis cōdibz occi-  
dēs mirabiliter occiderūt. **Q**uōd  
vidētēs filij isrl̄ q̄ p̄? ad hostes  
fugerant et trāsierāt cōtra eos sur-  
reperūt a ionathā a iuuenē adiu-  
uerūt. **A**lij etiā q̄ añ fugerāt et se  
abscondērāt. audita victoria ēdie-  
rūt et manibz et pedibz ēptādo  
p̄us ionathas post armiger cō-  
tra eos prexerunt a se cū p̄sequē-  
tibz fugiētes philistinos adiūx-  
erūt **I**sta possunt allegari ex  
ēplariter q̄ quādoq; p̄ sortem ī-  
quiritur volūtas dei et veritas ca-  
sus futuri q̄q; occulta dei p̄ui-  
dentia quādo videt q̄ homo sibi  
omittit a veritatē alicuius nego-  
cij ab eo deuote q̄rit ipsam q̄n̄  
sibi oñdit sic hēnt̄ exēpla infimi-  
ta de achōz p̄ sortē de p̄hēso **J**o-  
sue vij. **D**e saul per sortem mā-  
ifestato **P**rimo regū decimo **D**e

mathia per sortem electo **A**ctu-  
um primo capitulo. **E**t de alijs  
infinitis **N**on deficiat enim ocula  
ta dei providentia homini maxi-  
me in arto cōstituto a ideo mul-  
ti mirantur quare volūtas domi-  
ni hodie etiam per sortes non  
requiritur. sicut tūc fiebat. quia  
forte ita respōderet hodie sicut  
tunc **N**on enim abbreviata est  
manus domini vt saluāe nō pos-  
sit **S**ed ista sunt hodie p̄hibi-  
ta ne aliqua supersticiosa misce-  
rentur et ne simplices ad ydola-  
triam traherentur **H**ic etiam  
aduerte q̄ tunc quilibet pote-  
rat pro voto constituere sibi sor-  
tem: et signū rei fiende et non fi-  
ende ad libitū ordināe **V**el il-  
lud potest allegari q̄ in factis  
bellicis audaces fortuna iuuat  
et q̄ melius est inuadere q̄m ex-  
spectare. **H**ic enim ascensus  
et inuasio signum fuit victoriae  
et salutis: expectare signum e-  
rat pericōis **V**el dic q̄ diuina  
providentia libentius iuuat ho-  
minem prouocatum q̄ illum q̄  
prouocat. quia sc̄z istū fuit dictū  
**A**scēde. et ideo prouocatus ascē-  
dit et viat. prouocantes vero vi-  
cti sunt et fugerunt. **Q**uia reue-  
ra ad virum iustum pertinet q̄  
ex leuitate bellum nō gerat. nec  
lites. nec controuersias ibi fo-  
ueat. sed potius q̄ prouocatus  
et necessitate compulsus ad ta-  
lia procedat. quia vt communi-  
ter tūc ad talia ipse preualet et

triumphat. exēplo iepte. qui pro  
uocatus contra amon obtinuit vi-  
ctoriā dicēs illud iudiciū xi. Igi-  
tur ego nō peccō in te: sed tu in  
me indicēs michi bella iniusta  
iudicet dñs. **Vel dic q̄ ita ē fa-  
cile deo iuuare in paucis sicut in  
multis. et occulta dei p̄uidencia  
operante pauci aliquociēs vin-  
cūt multos: debiles fortes: nu-  
di armatos.** Exēplū d̄ leo iuda  
duce qui cōtra perzen q̄ cū q̄tuor  
milibz vit̄ sexcenta milia debel-  
lauit s̄m̄ orosū. **Un̄ p̄mo mach̄.  
iiij.** Facile ē includi multos. in  
manibz paucorū et nō ē dīā in  
cōspectu dei celi liberare in mul-  
tis an in paucis: qz nō in forti-  
tudine exercitus victoria belli s̄  
de celo fortitudo est. **Vel dic q̄  
nō est tutū in hoste cōfidere: q̄a  
dato q̄ victus tibi obediat et se  
amicū tuū fingat et ad te trāsfu-  
giat. si tū viderit locū suū statim  
nocere nit̄ atqz tēptat. vt patz  
hic de trāsfugis qui visa suoz vi-  
ctoria cōtra philisteū surrexerūt  
et filios israhel iuuerūt. Deo di-  
cebant p̄ncipes philistimozū de  
dauid. p̄mo regū xxix. Reuer-  
tat̄ vir in locū suū nō descendat  
nobiscū ad p̄liū ne fiat nob̄ ad-  
uersarius cū p̄liari cōperimus.**  
**Vel allega vltimū qd̄ restat  
sc̄z de illis qui p̄mo fugerāt et vi-  
detes victoriā se ionathe ad iūr-  
erūt contra multos. qui reuera op-  
time sciūt se hōi tēpe victorie s̄  
nō tpe fuge adiūgere et aduersi**

tatis tpe latere. cū v̄o hostes su-  
pati fuerint ac si fortiter aliquid  
fecerint solēt ad amicos redire et  
victoribz se sociare. ij. regū xiiij.  
**Populus qui fugerat. reuersus  
est ad cesoz spolia detrahenda.**

**Vel dic allegoicē q̄ ionathas  
qui interpretat̄ columba signifi-  
cat virū religiosū vel catholicū  
xp̄ianū qui p̄ asperam et arduam  
viam penitencie et p̄ arduā vir-  
tutū viam debet cōtra philisteos  
i. cōtra demones et hereticos a-  
scendere. et nisi prouocatus nō  
debet contra eos disputare. et sic  
mediante armigero suo idest fi-  
de vel gracia de ipsis poterit triū-  
phare.** Saul sequēs philiste-  
os fugientes adiurauit populū  
ne quis vsqz ad noctem comede-  
ret. vt sic in hostes vindicāe va-  
leret. dicens **Maledictus vir q̄  
comedit panem vsqz ad vesperā**  
**Populus igitur remiens ad sal-  
tū in quo erat fluens mel super-  
faciem agri. non applicuit ma-  
nū ad os.** De melle enim come-  
dere noluit timens adiuracionē  
sed p̄sequendo hostes vltimū  
intacto melle transiuit. **De isto  
āt melle credo q̄ erat manna sc̄z  
imp̄ssio aeris dulcis pinguis et  
alba qualis nuper circa auinio-  
nem cadebat.** Ista em̄ in regno  
georgimico dicitur in tanta quan-  
titate super herbas. arbores et  
lapides in estate cadere q̄ mul-  
tas sarcinas solent cotidie colli-  
gere. Qualecumqz igitur fuerit

mel. **J**onathas adiuracōez prīs  
ignorās et sūmitatē virge ī mel  
intingēs cōedit et illūiatī sūt o  
culi eius qua ppter adiuracōnē  
patris fecerat cū domin⁹ ad trās  
gressiōnē iuramenti respondisse  
nollet. forte deprehensus a prē  
adiudicatus morti fuit ip̄zq; pa  
ter occidē voluit. sed eū popul⁹  
liberauit. **P**er mel intelligit⁹ dul  
cedo p̄speritatis mūdane qz re  
uera illi qui philisteos. i. demo  
nes et vicia p̄sequūt⁹ a tali mel  
le abstinē iubent⁹ et p̄ abstinēti  
am cū rege suo xp̄o hostes mo  
rū et fidei p̄sequūtur. quinimo  
sepe fit qz si ionathas filius reḡ  
q̄ causa victorie fuerat. i. aliquis  
f̄ligiosus vel deuot⁹ q̄ alias m̄  
ta bona fecerat ad comedendum  
de tali melle. et ad gustandū de  
mūdi dulcedine reperit⁹ a patre  
suo r̄ge xp̄o morti adiudicabit⁹  
nisi meritis et precibus populi  
exigentibus idest sanctorum p̄  
cibus liberetur. **I**lli enim qui mū  
di delicias gustant. et maxime  
illas quas pater eorum cristus  
p̄hibuit carnale⁹ delectaciones  
amant q̄ sciz p̄prie designantur  
ī melle. quia fauus distillans la  
bia meretricis. **P**rouerbiōrū. v.  
**N**isi sanctorum precibus adiu  
uētur et nisi ip̄s alia opera bo  
norum suffragentur. mortis pe  
tue penam portant. **A**poca. x.  
**E**rat in ore meo t̄q̄ mel dulcē. et  
cū cōedisse amaricatus ē venter  
meus. **V**el dic qz mel ē sac̄ scri

ptura in qua qñ v̄ga intellectus in  
figit⁹ et p̄ studium comedit⁹ oau  
li mētis p̄ discrecōez illumināt⁹.  
**I**dem dic de melle deuocōis.  
et sp̄ssionis zc. **V**el allega  
quō reges inuidabiliter debēt s̄  
uare verbū suū et quō in casu iu  
sticie nō debent parere cuiūq;  
eciā filio delinquenti sic iste qui  
propter transgressiōnem filium  
volebat occidere. et maxime qz  
iurauerat. **S**imile habet in libro  
danielis septimo capitulo. **S**i  
to rex quia decretum medorum  
est atq; persarum. vt omne il  
lud quod constituerit rex. non  
liceat mutari. **E**xemplo regis iu  
sti qui pro filio suo in adulterio  
deprehenso sibi vnū oculum  
et filio alium fecit erui. ne legem  
quam contra adulteros fecerat.  
de perdendis duobus oculis cō  
tingeret immutari. et ne delictū  
impunitum aliquo modo mane  
ret. **H**ic habes qz quemam  
qz viderat saul virum fortem et  
aptum ad preliandum sociabat  
eū sibi. **S**ic vere p̄latus sibi de  
bet associare consiliatores suos  
socios et familiares facere et in  
beneficijs et officijs et dignita  
tibus constituere et preferre q̄s  
ad preliandum contra demōes  
vicia atq; hereticos cognouerit  
fortes esse et quos in scientijs  
et morib⁹ viderit alijs p̄pollē. **J**  
di. iij. **D**e vniuers⁹ aut vrbibus  
accepit sibi auxiliares viros  
fortes ad bellum

**D**ominus mandauit vt  
hic habetur plm ama-  
lechitarū destrui. et oīa  
ipsoꝝ bona. oues et boues ⁊ sup  
pellectilia anathematizai. oīa de  
moliri. et nichil p̄sus ad vitā  
seruari. nec de bonis eius aliqd  
custodiri. **N**ocuērat em̄ plūs a-  
malechitarū. filijs isrl̄ ascenden-  
tibus de egipto. et ideo dixerat q̄  
deleteret amalech d̄ sub celo. vt p̄  
exo. xvij. **S**aul ergo recēfito po-  
pulo cōtra amalech p̄perauit.  
populūq; ei⁹ in ore gladij inter-  
fecit ⁊ agag regem ip̄si⁹ viuū cō-  
pit. **P**ep̄cat em̄ saul et populus  
agag regi amalech et optis gre-  
gibus ouiu⁹ et armentis et omībus  
que pulchra erāt. nec voluerūt di-  
sp̄dere ea sed quicqd̄ vile et re-  
probū fuit demoliti sūt. **R**e-  
prehēsi igit̄ sūt saul et plūs q̄ ista  
nō cōsumpserāt. sed reseruauerāt  
auariciam suā palliare volentes  
dixerūt q̄ ista meliora ad sacrifi-  
candū dño custodierāt. **Q**uo do-  
minus indignatus saul ad p̄de-  
dū regnū cōdempnauit et obedi-  
enciā esse meliorē victimis dixit.  
**M**elior est obediencia q̄ victima  
⁊ auscultāe magis q̄ offerre adi-  
p̄ arētū. **S**aul rex significat mū-  
di p̄ncipes et p̄latos: plūs v̄o  
suis significat inferiores iudices  
et baluos: q̄a reuera dñs vult  
q̄ plūs amalech q̄ interpretat̄ lā-  
bēs sanguē. i. pl̄s peccōꝝ sang-  
nē. i. delicias car̄les labentiū l̄ cē  
i sanguine crudelitati⁹ se delectādū

q̄ filijs israhel. i. hoībus in deserto  
hui⁹ vite quo de egipto tendūt  
in iherosolim. et de mūdo ad patrē  
nō cessant officere l̄ nocere vel a-  
lias i virtutū itinē impedire destrua-  
l̄. et ordiavit q̄ saul ⁊ pl̄s su⁹  
id est p̄ncipes p̄lati iudices et of-  
ficiales illos malos extirpent ⁊  
q̄ mediante iusticia ipsos d̄ me-  
dio iustoz tollant. et q̄ eos pu-  
niāt. corrigant et castigent. q̄ q̄  
de bonis ipsoꝝ nichil penitus cō-  
cupiscāt. et q̄ iusticiā faciendo  
ad bona punitoz p̄ auariciā nō  
respiciant aut attendāt. **M**at̄.  
xiiij. **E**xibūt angeli et sepabunt  
malos de medio iustoz. et mit-  
tēt eos in caminū ignis ardētis.  
**S**ed reuera iste saul et populus  
suis quibus facta est ista cōmissio  
id est superiores ⁊ iudices inter  
istos malos puniendos distin-  
ctionem faciūt: quia sc̄ pingui-  
oribus et diuoribus parāt: q̄c̄  
quid vero vile et reprobū est  
et pauperes et viles p̄sonas de-  
moliūtur consumūt et puniūt:  
**P**ropter quod p̄culdubio reg-  
nū sp̄uale et eternale amittunt.  
**Q**uia breuiter illud est verū. q̄  
nostri superiores ⁊ iudices pau-  
peres impotentes qui se defen-  
dere nequeūt deprecando de mo-  
liunt: pingues vero et diuites  
sustinent et eis etiam delinquen-  
tibus p̄uincunt. **U**nde innocēcius.  
**P**auperū causas cum mora ne-  
gligitis: diuitū cū instancia pro-  
mouetis et illis rigore ostēditis

In istis ex māsuetudine dispēsa  
tis. 2c. Vide si vis in manipulo  
curatorū ca. de ambicōe. Nec va  
let excusatio istorū q̄ sequit̄. qz  
scz isti nō debent vt sacrificēt dño  
sibi spolia amalech reseruare et  
vt dēt elēofinas. paup̄y diuici  
as agregare. qz reuera deus nō  
approbat ista. Nō em̄ sūt facien  
da mala vt euemāt bona: nec  
sub colore iusticie vult deus lax  
are habenas auaricie. nec vult  
qz quis inobediēs sibi fiat vt ac  
q̄ritis diuicijs se velle elēofinas  
facere dicat. **Q**ui? tamen cōtrari  
um quasi oēs faciūt qui p̄ bona  
causa se aggregare diuicias di  
cūt. vt patet in religiosis qui scz  
velle edificare monasteria se di  
cūt. in vsurarijs et cupidis qui se  
velle elemofinas dare asserunt.  
et p̄tendunt cū tamē dicatur ec.  
cā. xxxiiij. **Q**ui offert sacrificiū  
de sba pauperis quasi q̄ imolat  
filiū in cōsp̄u pr̄is. Si vis al  
lega de seueritate. i. de seua verita  
te dei q̄ q̄n̄z punit peccā patrum  
in filios vsqz in terciā et q̄rtam  
generacōez. **T**rāserāt em̄ pluꝛ q̄  
q̄tuor generacōes ex q̄ pr̄ ama  
lechitarū noquerāt filijs israhel  
in deserto quorū tamē neq̄ciam  
isti eorum filij nūc planxerunt.  
iuxta illud tencōzū q̄rto. **P**r̄es  
nr̄i peccauerūt et nō sūt. et iūq̄ta  
teꝛ eoz portauim? **D**ext̄n̄ suppo  
nēdū ē qz ista sūt vera qz isti filij  
fuerūt imitatores neq̄cie patrū  
vtz de isto agag cui dixit samuꝛ

el. Sic gladiꝛ tuꝛ in r̄ absqz fili  
is fecit ita fiat sine liberis m̄ tua  
**H**ic habes qz dauid fuit  
minor fr̄m de q̄ nō spera  
uit p̄ qd̄ ptz qz fr̄es su  
os oēs saūeli obtulit. q̄ in pa  
scuis erat. vbi oues pascebat. q̄  
insuper p̄cutere at̄hara et p̄pul  
sare demonem nouerat. et q̄ for  
tis roboꝛ. vir bellicosus prudēs  
in verbis et pulcher visu deco  
rusqz facie erat. in regē fuit ele  
ctus et vnctus et ad regnū isra  
hel p̄ dominū ordinatus ad re  
gis saulis seruiciū assumptus  
et eidem postea substitutus. **S**au  
li enim at̄haristam petenti fuit  
dictum de dauid. **V**idi betbleei  
tem virum fortem bellicosum.  
prudentem verbis et pulchrum  
visu et scientem psallere. et doꝛ  
nus est cum eo. quapropter cū  
accēsiēs rex aduocauit et armi  
gerū fecit. **S**ic vero dico qz il  
li qui sunt ceteris minores p̄ hu  
militatem et qui a patre. idest a  
parentibus carnalibus non p̄po  
nuntur per carnis affectuosam  
sedulitatem: sed qui gregem  
pauperum student pascere per  
pietate et per elemofine largita  
tem qui sciunt at̄haram scriptu  
re pulsare per predicacionē: q̄  
sciunt demoēs idest peccata seu  
vicia de cordibus hominum ex  
pellere. per conuersionem ad pe  
nitentiam: qui sunt fortes ad e  
sistendum: qui sunt bellicosi ad  
bereticos et impios necnō cōtra

demonēs et vicia ppugnandū  
qui sūt prudentes verbis ad di-  
crete loquendū cū quibz scz est  
dñs p grāciam ad eos adiuuan-  
dū et qui sūt pulchri visu ad ho-  
neſte ōuerſandū Tales dico di-  
gni sunt ad ōeruiū regis cūſti  
aſſumi: illius ſubſtituti ⁊ vicarij  
i ecclē dignitatibz ⁊ bñficijs fieri  
et i reges et p̄latos eligi et in-  
vigi Unde dañ. p̄mo mandatu fuit  
it eunuchz p regem nabugodo-  
noſoz q̄ introduceret de filijs is-  
rahel pueros de ſemine regio. de  
coros ſacie eruditos ſap̄ia cau-  
tos ſciencia doctos diſciplina. q̄  
ſtarēt in palacō Vel ſi vis alle-  
ga q̄ ille qui eſt minor et cōtem-  
ptibilior et de quo minus ſpera-  
tur. q̄nq; in regem vel p̄latū eli-  
gitur: et illi qui digniores et me-  
liores eſſe credūt et qui a patre  
ſuo mūdo tamq̄ p̄mogeniti p̄fe-  
rūt in electionibz repudiant et  
a deo poſtponūt. Eccl. xi. **M**ul-  
ti tūam ſederūt in throno. et iſu  
ſpicabilis portauit dyodema.  
**M**ulti potentes oppreſſi ſūt va-  
lide q̄ Spiritus dñi reſeſſit a  
ſaul et exagitabat eū ſpūs neq̄  
qua p̄pter dauid q̄ ſciebat pſal-  
lere queſierūt. quo p̄cūiente ci-  
tharā reſollabatur ſaul et me-  
lius habebat. et ſpūs malign⁹  
abeo fugiebat **D**auid eſt pre-  
dicator. cithara eſt ſacra ſcriptu-  
ra. p̄s **E**xurge pſalteriū et citha-  
ra **Q**uia reuera ſi ſaul qui inter-  
pretat⁹ abutens. i. ſi aliquis pp

ter abuſū rerū tpaliū efficiatur  
furibūdus vel p̄pter malā cōcu-  
piſcenciam. vel exagitet⁹ ſpūs ne-  
q̄ p ſupbiam vel invidiā vel p a-  
liquā malā cōplacenciā. ſpūs q̄  
dñi. i. ſpūs ſcūs vel dei grācia ab  
eo recedat p̄pter iniquitatem ⁊  
maliciā ſepe fit q̄ dū dauid id ē  
predicator citharam ſcripturē tā-  
git et dicat et ſonū bone iſtructio-  
nis emittit: ipſum ſaulem id eſt  
peccatorem ōuertit. **I**ta q̄ ſpūs  
malus id eſt mala voluntas ab  
eo recedit. ⁊ morbus ſui peccati  
alleuiatur et ſiſtit **E**t idem dic  
de ſono oracōis. cuius melodia  
ſi a dauid id eſt a viro iuſto fiat  
dyabolus ſuſtinere nō poſteſt di-  
cens illud gen. i. ij. Vocem tuam  
domine audiui in paradiso. i. ora-  
cionē tuam quā faci⁹ ad dñm tu-  
um **V**el dic q̄ cithare ſonus ſi-  
gnificat memoriā paſſionis xp̄i  
q̄ vt ſupra **D**yabolus em̄ valde  
odit talem ſonū: ideo viro ſan-  
cto ſolet dici illud amos quinto  
**A**ufer a me tumultū carminum  
tuoz: cantica lire tue nō audiā.  
**V**el dic q̄ dauid ē xp̄c qui ſc̄  
mediante cithara crucis ſpiritu  
malignū ſc̄ luciferū fugauit: et  
ſaulem id eſt adam quē propter  
abuſū pomi vetiti obſederat libe-  
rauit **V**el dic q̄ cithara eſt ca-  
ro noſtra quā dū p penitenciaz  
tangimus ſp̄m malignū. i. pec-  
catū ſeu etiam malam voluntatē  
a ſaule abvtente. i. anima pecca-  
trice fugamus **J**ob iij. Verſa eſt

in luctū atbā mea **Vel** dic q̄ a  
 thā ē plecty ligue. quā p̄ c̄to si  
 p̄ cōfessionē sonuerim? .stati ab  
 utēs aīa sana erit. **Et** iō bene di  
 cit̄ ysa. xliij. **Sume** atbarā. cr̄  
 cui cītate mētrix obliuioni tradi  
 ta: bene cane: frequēta cātiā  
**Vel** dic q̄ saul insaniēs figt ali  
 quē dītē seu principē iracūndum.  
**Quē** p̄ c̄to si furētē et puocātū  
 viderim? nccē ē q̄ ipsū cū atba  
 ra .i. cū dulcis loquōis melodi  
 a leuiam? et spūm malignū ira  
 cūdie ab ip̄o fugē faciam? Pro  
 u. xxv. **Patiētia** leuiet̄ p̄nceps  
**Illud** em̄ generaliter dic qz p̄ c̄  
 to quādo hō ē plenus maligno  
 spū et volūtate . et quādo isanit  
 vel p̄ cōcupiscētā spūalē vel per  
 iracūdiā actualiter meliū vt cō  
 muniter alleuiatur sanat̄ et cor  
 rigitur quādo p̄latus vel p̄dica  
 tor seu q̄aūqz castigacō cū melo  
 dia .i. cū v̄borū dulcedie cū dul  
 cūqz inductione circa eum modu  
 lat̄ **Pro. xv.** **Responso** mollis  
 frangit irā: sermo durus excitat  
 furorem. **Qz** sic dicitur eccāstici  
 sexto. **Verbū** dulcē multiplicat  
 aīcos. et mitigat inimicos. **Ista**  
 autē potissime pertinent ad da  
 uid respectu saulis idest ad sub  
 ditū respectu dñi prelati seu re  
 gis **Vel** ad filiū respectu patris  
 qz sc̄qz irā taliū debet mulcere . et  
 cū huilitate et paciā p̄tāfire.  
**Vel** dic q̄ saul rex israhel deum  
 vidētū ē deus q̄ p̄ c̄to si c̄tra nos  
 pp̄t̄ peccā insaniat atbara mā. i.

crucis mēoria orōqz vel cōfessio  
 ip̄z placat vt supra **Hic** iuveni  
 notatū q̄ licet azim? sonū atbaē  
 libenter audiat si tamen ip̄azim  
 via inueniat cū pedibz frāgit et  
 calcat **Sic** multi sunt qui v̄bū  
 dei libenter audiūt. ipsū tamen  
 trāsgrediēdo frāgūt et vilipēdē  
 do calcant et p̄mūt. **Vide** infra  
 ca. xvij. quō saul suū atbaristā  
 voluit cōfodere. zc̄ **In** hoc ca.  
 pomit̄ q̄ quādo dauid ad serui  
 cium saulis regis israhel se tran  
 stulit sibi vnū azimū plenū pai  
 bus presentauit **Sic** vere reli  
 giosus qui seruiū regis xp̄i .i.  
 statum religionis digne cupit i  
 trare. debet sibi illum azimū .i.  
 corpus suum proprium labori  
 bz penitentie deditū cum pani  
 bz .i. cū bonis opibz vel cū elēo  
 finarū subuentione seu lacrimo  
 sis singultibus presentare. **Di**  
 cēns illud. **Ps.** fr̄ueēt michi lac  
 me mee panes die ac nocte

**D**hilistini contra filios is  
 rahel congregati goliā  
 gettheum p̄ncipalio  
 rem et fortiozem in suo exercitū  
 habueēt. qui sc̄qz in altitudine sex  
 cubitos cū palma hēbat. et ar  
 mis ereis armatus erat. **Cū** igi  
 t̄ iste pplūz dei molestaēt accidit  
 q̄ isai filium suum dauid ad vi  
 sitandum fratres suos qui erāt i  
 exercitū mitteret vt sc̄lly illis e  
 p̄bi polēte eph̄i dico .i. tres mo  
 dios deāqz panes et deām for  
 mulas casei deportaret. **Dauid**

igitur videns gigantes continue po-  
pulo dei maledicere. accensus ze-  
lo baculum suum sumpsit et quatuor li-  
pidissimos lapides de flumine eli-  
gens in petra sua reposuit et tres  
ipsorum contra goliath iaciens ipsum  
in fronte percussit et tercio ictu per-  
stravit. propriumque gladium eius ex-  
trahens caput eius abscidit.

**A**llegorie ista exponunt de christo  
et dyabolo. sic enim est quod a princi-  
pio philistinum. id est demones pug-  
naverunt contra filios israel id est  
contra homines. habentes goliath qui  
interpretatur robustus id est lucife-  
rum ductorem. qui scilicet ita robustus  
erat et fortis quod sicut dicitur Job  
xxi. Non est potestas super terram  
que comparet ei. Factus est enim ut  
nullum timeret. Iste enim est qui po-  
pulum domini. id est sanctos patres et to-  
tum humanum genus gravavit et ei-  
dem continuo insultavit. quia prope-  
ter accidit quod david manu fortis  
id est christus fuit in locum certaminis  
id est in mundum a deo patre suo desti-  
natus et missus ut fratres suos. id est  
fideles tam presentes quam futuros per-  
sonaliter visitaret et tres modi  
os polente. id est fidem sancte trini-  
tatis necnon decem panes et decem  
formulas casei id est precepta le-  
gis que scilicet panes vite et mortis  
formule present dicitur. eis deinde concederet  
atque daret. **Luce xix.** Homo qui  
dam abiit in regionem longin-  
quam accipe sibi regnum. et sequetur  
et servis suis tradidit decem mnas  
Iste igitur zelo salutis populi sui

et animarum contra goliath dyabo-  
lum baculum crucis accepit et quatuor  
lapides. id est quatuor perniciosa vulnera  
in torrente passionis recepit. qui  
tunc virtute goliath iste percussus est  
et prostratus et populus fidelium libe-  
ratus. **Luce primo.** In quibus visi-  
tauit nos omnes ex alto. ut de ma-  
nu inimicorum nostrorum liberati ser-  
uiamus illi. Tandem vero iste dy-  
abolus gladio proprio occidit in  
quantum mundi perbi et heretici qui-  
bus dyabolus animas occidit christi  
in spiratione verbi sunt. Ita quod in  
caput primi magistri sui dyaboli  
seipsum retorserunt in quantum contra  
eum predicauerunt et eius malicias de-  
tulerunt. et eum capite id est inten-  
tione sua fraudauerunt. qualis scilicet  
gladius fuit dyomisi et augustinus.  
Gladius eorum intret in corda  
ipsorum. Et si vis dic de armis  
eius goliath id est de malis clericis  
et religiosi qui sunt arma dyabo-  
li. Dic quod omnia erant creata. quod es habet  
sonum bone locutionis sed non ha-  
bet sensum deuotionis vel compassionis.  
Vel etiam mali qui sunt dy-  
aboli arma eorum present dicitur. quod sunt  
detractores et clamorosi et brigosi.  
Job xl. Ossa behemoth sicut  
fistule eris. Hic habes quod da-  
uid ante victoriam goliath. dixit  
se viciisse leonem et versum. et gigan-  
tem sicut dicitur hic ipse david  
vicit. Sic vere vir iustus debet vi-  
cere spiritualiter tria scilicet goliath mag-  
num rusticum. et mundum. id est versum qui  
diligit dulcia. id est carnem. leonem id est



supbū dyabolū. Istud potissime  
dicitur esse in religioso quod mundū vicit  
per votum obediētie et humilitatis

**Vel** gigas cum magno ventre est  
insatiabilis auaricia. versus lam-  
bēs est luxuria. leo erecto collo  
incedens est supbia. etiam ut sup̄

**Vel** dicitur quod dauid. i. platus quoniam  
videt quod leo et versus vel dyabo-  
lus veniunt ad gregem fidelium sub-  
ditorum deuorandum statim debet oc-  
currere predicando. **I**dem de philisti-  
no dicitur. quod scilicet platus ista tria scilicet  
leonem. i. dyabolum. versus lambe-  
tem idest hereticos. goliam ar-  
matum. i. tyrannos debet vincere.  
ipsumque se opponere. ne gregem  
vel populum domini possint per  
vicia deuorare. **Vel** isti signifi-  
cant tyrannos dicitur. sicut supra.

**C**um dauid contra goliam gigante  
singulare certamen intrare vellet  
saul armis suis scilicet galea lorica  
et alijs vestimentis suis ipsum in-  
duit. sed quod non habebat consuetu-  
dinem portandi arma ista sta-  
tim deposuit. et baculum et peram  
necnon quinque lapides de torrens-  
te accepit. quorum tribus proiecit  
in tercio ictu goliam in fron-  
te percussum prostravit. **S**ic ve-  
re si contra goliā. i. dyabolum qui  
continue per temptationem nobis  
insultat prevalere volumus. necesse est  
quod arma et vestes saulis. i. bona  
temporalia huius mundi que scilicet saul  
.i. abutens dicitur. metaliter di-  
mittamus quodque baculum. i. crucis  
memoriam assumamus. et quicunque lapi-

des torrens. i. quicunque vulnera de  
sue passionis torrens in peram conscie-  
ntie proponat. **Q**uia tueri si ipsum cum is-  
tis idest cum passionibus christi memori-  
am in fronte hoc est dictum in principio  
quando scilicet temptatio incipit ut pote  
quoniam temptatio adhuc est in cogitatione  
pauimus. contra ipsum facilliter pre-  
ualetur. quia pro certo quando  
homo in principio temptationis casti-  
passionem crucisque ipsius et vul-  
nera adducit ad memoriam facili-  
ter de hoste reportat triumphum  
et victoriam. **I**deo bene dicitur ad  
hebr. xij. Deponentes omnem pro-  
dum et circumstantes nos peccatum  
per patientiam curramus ad pro-  
fitum nobis certamen aspicientes  
in auctorem fidei et consummatorem  
iesu. qui proposito sibi gaudio  
sustinuit crucem. **Vel** dicitur quod tres  
lapides quibus dyabolus seu eius tem-  
ptatio perstruitur tres partes peni-  
tentie signant. scilicet contritionem que dyabo-  
lum et peccatum in capite percussit. confessio-  
nem que ipsum in eodem veniens loco ictum  
alium sibi addit satisfactionem que tem-  
ptatio succedens ipsum ex toto perstruit  
dum tamen in fronte. i. in prin-  
cipio iuuentutis vel temptationis ista  
remant dicitur ut supra. **I**psa etiam  
dyabolus cum gladio proprio  
occiditur quando peccatum vel  
temptatio qua ipse credit hominem  
occidere facit hominem magis  
humilem in quantum ipse se videt succu-  
bentem et fragilem et sic proprium tes-  
tum suum in caput ipsius retorquet  
per Gladium eorum intret corda eorum

Vel dic q̄ isti tres lapides sūt  
fides spes et caritas: qz scz fides  
pauit fortit. spes fortit. caritas  
fortissime. Vel dic quō puidē  
cia dei fact̄ ita bene vincere ier-  
mem sicut armatū. Vel dic cōtra  
illos q̄ exasiant se de armis por-  
tandis. id est de actibz virtuosis  
faciendis ppter in cōsuetudinez  
sicut dauid. Nō possum inquit  
sic incedere. qz nec vsū habeo  
Vel dic q̄ religiosus qui vult p̄  
ualere cōtra carnē et dyabolū. ar-  
ma carnalia debet dimittere et spi-  
ritualia accipere scz crucis memo-  
riā ac dicit illud ij ad cor. r. In  
carne ambulantes non s̄m car-  
nē militemus. Arma em̄ milicie  
nrē non sūt carnalia. Vel dic q̄  
ad hoc moraliter q̄ dauid maū  
fortis et vultu desiderabilis ē p̄-  
latus qui debet esse fortis bene  
operando. et vultu desiderabilis  
amicabiliter viuendo et hone-  
ste ouersando. Iste igit̄ ad plū  
cōtra philistij. i. cōtra demonis  
vicia et hereticos debet currere.  
frēs suos subditos. i. socios d̄z  
visitare. victualia spūalia et tpa-  
lia eis dē portare. arma saulis. i.  
seculi pompā d̄z dimitte. baculū  
pastorale d̄z accipe et de torrete  
sacrescripturē d̄z q̄nq; lapides. i.  
cōtinenciā q̄nq; sensuū vel etiam  
diuine legis doctrinā elige. et sic  
poterit cōtra goliā. i. cōtra dyabo-  
lū vel cōtra carnē hereticos vel ty-  
rānos viriliter triūphare. Hic  
dicit̄ q̄ dauid posuit arma go-

lie quē occiderat ī tabnaulo suo  
In quo notat̄ q̄ q̄n quis de car-  
ne vel dyabolo p̄ualuit arma ei-  
us. i. pccā a q̄bz ipugnatus ex-  
titerat in tabernaculo cordis sui  
debet reponere vt scz pccā stude-  
at p̄petue memorie cōmendare et  
recidiuū cōtinue formidare. l. ad  
eptā victoriā ad gloriā dei ordi-  
nare. Eccā. v. De p̄piciatu pecca-  
torū noli esse sine metu.

**Q**um vidisset ionathas q̄  
dauid victoriā habue-  
rat cōtra hostes. cōgluti-  
nata est aīa eius cū aīa dauid.  
expoliavitq; se tunica sua et vesti-  
mēta sua vsq; ad gladiū arcū et  
balthēū et dedit sibi. Sic vere  
bonus religiosus debet p̄ p̄fectā  
caritatē dauid. i. x̄po cōglutinati  
et ideo vestimentis bonorū tēpa-  
liū se d̄z p̄ cōtemptū et abdicacō-  
nē spoliare: gladiū oīs crudeli-  
tatis dimitte: arcū potencie et iu-  
risdictionis secularis cōtempne  
balthēū glorie et magnificencie  
tpalis totaliter abdicare: et oīa  
x̄po dare. i. amore ip̄si de ip̄sis  
nō curare: et sic ionathas. i. cō-  
lūba simplex et humilis dauid  
qui fecit victoriā in israhel id est  
x̄po poterit in statu religionis l-  
eccē dignificē adherere. maxie  
q̄n considerat q̄ iste est qui goliā  
.i. dyabolū voluit vincere et po-  
pulū liberare. dicens cum petro  
math. xix. Ecce nos reliquimus  
omnia et secuti sumus te ac.  
Hic dicitur q̄ cū saul arreptus

a dyabolo isamirz. dauid at̄hāz  
pauiebat. vt eū de dēonio libe-  
raret. **Qui** lācēā arripēs voluit  
dauid ad parietē trāssigere. sed  
dauid sciuit prudēter lācēā decli-  
nare: **Audierat** em̄ saul q̄ muli-  
eres sibi dauid p̄tulerāt q̄n rede-  
ūt de p̄lio acclamauerūt. Saul  
pauit mille et dauid decem mi-  
lia. **Die** autē illa nō rectis o-  
culis ipsū aspiciēbat. s̄ ipsū oīno  
occidere p̄ponebat. dato q̄ ipse  
dauid hostes ipsius cōtinue vi-  
cebat. **Illud** allega q̄ inuidia  
proprio benefactori nō parit  
et maxime quando in laude sibi  
preferit et quādo virtus eius pul-  
lulat atq; crescit. **Non** potest ei  
inuidus talem hominem respi-  
cere. dato q̄ ab ipso plurima be-  
neficia redpiat. quinymmo da-  
to q̄ in presentia at̄haram mes-  
lodiosē tāgat idē dato q̄ dulcē  
tangat. hoc est loquatur et r̄spō-  
deat et ad votum sibi seruire stu-  
deat. lancea tamē ipsū perforāe  
idest tribulacionib; et iurijs fa-  
tigare nititur et temptat. **Unde**  
seneca **Si** nullos inimicos facit  
iniuria: multos tamen facit iui-  
dia. **Vel** dic q̄ saul insaniens  
est peccator. qui scilicet at̄haris-  
tā qui eum a diabolo liberare ni-  
titur. idest predicatorem qui at̄-  
tharā verbi dī sibi tāgit. et p̄ ip-  
so sanando et a potestate dya-  
boli. idest viciorū saluando eidē  
predicat. et affat. quādoq; trāss-  
figere. diffamare atq; iniuriari

et sibi etiā inuidē conatur pro-  
xv **Non** amat pestilens eū qui  
se corripit. **Vel** dic q̄ saul ē di-  
abolus qui at̄haristas. idest p̄-  
dicatores sūme nitit̄ ad parietē  
idest ad carnem p̄ luxuriā cū lā-  
cēa tēptacōis trāssigere. ne of-  
ficiū predicandi et spiritualit̄  
at̄harizādi valeat impedire. q̄  
propter iste debet a tali lancea  
quātū poterit precauere. et ideo  
tam dyabolus q̄m homo durus  
et obstinatus videntur dicere il-  
lud amos quito. **Aufer** a me tu  
multū canticorum tuorum: car-  
mina lire tue non audiam. **Vel**  
dic q̄ dauid qui erat pulcherrimus  
et rufus significat bistrio-  
nes quorum sc; cantus rex isra-  
bel idest prelatus vel religiosus  
nō dz diligē. s̄ eos et oēs manē  
leticiā abdicare. **Vel** dic q̄ iste  
figt̄ adulatores. q̄ i aurib; hoīz  
at̄harizāt. et sp̄ v̄ba melodiosa  
et placencia eis cātāt. **Istos** ig;  
dz r̄x israhel. i. bonus p̄nceps vel  
prelatus lācēa rēphēsiōis p̄uitē  
et a se peit̄. **S̄** mouē dīcēs illud  
amos. v. **Aufer** a me rē Saul  
maligno spū exagitatus p̄phe-  
tauit in medio dom̄ sue. **Istud**  
exponūt quidā sic q̄ aliq̄ sūt p̄-  
